Iactate late signa dedere manus
Candidaque imposui longe vellamina virge
Scilicet oblitos admonitura mei
Iam que oculis ereptus eras tum denique flevi
Torpuerant molles ante dolore gene
Quid potius facerent quam me mea lumina flerent
Postquam desieras vella videre tua
Aut ego difusis erravi sola capillis
Qualis ab Ogigio concitata bacha deo
Aut mare prospiciens in saxo frigida sedi
Quamque lapis sedi tam lapis ipsa fui
Sepe thorum repeto qui nos acceperat ambos
Set non acceptos exibiturus erat
Et tua que possum pro te vestigia tango
Strata que membris intepuere tuis
Incumbo lacrimis que thoro manante profusis
Pressimus exclamo te duo redde duos
Venimus huc ambo cur non discedimus ambo
Perfide pars nostri lectulle maior ubi est
Quid faciam quo sola ferar vacat insula cultu
Non hominum video non ego facta boum
Omne latus terre cingit mare nauta nusquam
Nulla per ambiguas navis itura vias
Finge dari comites que mihi ventos que ratemque
Quid sequar accessus terra paterna negat
Ut rate felici paccata per equora labor
Temperet ut ventos Eolus exul ero
Non ego te Crete centum digesta per urbes
Aspiciam puero cognita terra Iovi
Nam pater et tellus iusto regnata parenti
Prodita sunt facto nomina chara meo
Cum tibi ne victus tecto morere recurvo

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_1665/0050
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG